



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 3. Novi Arminianorum motus contra Gomaristas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

nullisque fervitiis obstricti, quorum Sæc. XVII.
 numerus ad tria millia ascendebat, A. C. 1618.
 propolita capitis poena, urbe excedere
 jussi sunt: ut autem imposteriorum ejus-
 modi tumultibus obviaretur, auctori-
 tate publica Templum aliquod Arminia-
 norum Concionibus peculiare in urbe
 concessum est.

§. III.

*Novi Arminianorum motus contra
Gomaristas.*

Hac ratione paulo quietiores erant Ar-
 minianorum res & Conventicula, sed
 non in longum tenuit hæc malacia;
 quippe Ultrajectenses, Lugduno-Bata-
 vi, & Harlemenses instigante præpri-
 mis Barnefeldio, Utenbogardo, Le-
 denbergio, Hugone Grotio, aliisque
 sententiam suam tam de jure Ministerii
 Pastoralis, quam de Prædestinatione ar-
 mis tutari decreverant. Adstipulaban-
 tur eis Hollandiæ West-Frisiæ Ordines
 edita hanc in rem declaratione. Amste-
 lodamensis tamen Senatus non modo mi-
 litem conscribendi facultatem Arminia-
 nis denegabat, sed etiam contra eos
 Synodum nationalem indicere statue-
 bat; insuper Dudlæus Charletonus,
 quem Jacobus I. Angliæ Rex pro com-
 ponendis his dissidiis ablegaverat, in

Sæc. XVII. frequenti Batavorum Ordinum Con-
A. C. 1618. ventu vehementer contra Arminianos
 declamabat : ast ejus orationi mox a
 Taurino Arminiano opposita prodiit Sa-
 tyra , quæ *Lancis Trutinantis* titulum
 præseferbat : cujus tamen usum , &
 lectionem , urgente Oratore Regis , gravi
 subjacere multæ pœnæque , declaraba-
 tur , ac præterea ei , qui typographum
 indicasset , indicii pretium , aurei Ca-
 rolini sexcenti , nomen autem Autho-
 ris detegenti , mille decernebantur ; de-
 nique Fæderati Belgii Ordines datis ad
 urbium Magistratus , ceterosque Ordi-
 nes literis jubebant , ut milites nuper
 conducti nulla mora a signis suis di-
 mitterentur.

§. IV.

*Tumultus ingens Lugduni Batavo-
 rum ab Opificum ministris ex-
 citatus.*

*Merc. Gal-
 lobelg. t. 12.
 lib. 1.
 Newill. pag.
 118.*

Interea Lugdunensis Senatus , qui Ar-
 minianis adhærebat , præter consue-
 tum præsidium duas militum cohortes
 conscripserat , quas *Exspectantes* voca-
 bant , quia nonnisi Ordinum jussa se ex-
 pectaturos jurabant , & nec Mauriti
 Principis colore in vestibus suis uteban-
 tur , nec etiam ejus insignia in vexillis
 gestabant : id vero indigne ferentibus
 qui-